

ANNO 1753. in viam salutis reducere, eosdemque puros, sinceros, in spiritu & veritate ambulantes, & absque macula, Deo exhibere tenemur, postquam Venerabiles Fratres nostros Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales contra Haereticam pravitatem generales Inquisitores super hac re audivimus, de eorum consilio, primum quidem laudatum Concilii Albani vestrae Provinciae Canonem renovantes, Apostolica auctoritate nostra tenore praesentium confirmamus, & districte servandum mandamus; necnon memoratae Ecclesiae nostrae decreta ad vestram quoque Provinciam auctoritate & tenore paribus extendimus, & servanda itidem praecipimus: Deinde districte pariter prohibemus, ne quilibet ex Christianidelibus, quocumque casu vel praetextu, aut in quibusvis excogitabilibus circumstantiis, eadem Turcica, seu Mahumetana Nomina, ut Mahumetani credantur, asumere audeat.

§. 4. Porro, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vos rogamus & in Domino hortamur, ut serio animo ministerium vestrum, & districte Supremo Pastorum Principi Jesu Christo Eterno Judici rationem de commissis unicuique vestrum ovibus a Vobis reddendam considerantes, & ipsi curetis per bona opera vestra certam electionem vestram facere, & minime omittatis, (quod sine gravissima incuria, negligentiaeque vestrae culpa accidere non potest) eosdem Christianos Provinciae vestrae arguere, obsecrare, & increpare in omni patientia & doctrina, ut conversationem suam inter Gentes habentes bonam, in omnibus seipso praebant exemplum bonorum operum, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de ipsis, quasi male factoribus, qui turpis lucra causa aliud in ore, aliud in corde gerant. Quod si qui admonitionibus vestris & praecipis nostris non acquiescant, ad Apostolicam disciplinam normam, virga compesci debent, & circa ipsos Albanensis Synodi vestrae, & districte Epistolae nostrae, sanctiones & poena omnino exequenda sunt, quibus in vita Sacramentorum, & post mortem, si impetentes decesserint, suffragiorum incapaces declarantur. Quas quidem poenas iterum, quatenus opus sit, innovamus & infligimus, & debite executioni a Vobis mandandas volumus, & injungimus. Hoc autem nemini ex Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, datum esse debet; quoniam nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Schismaticorum & Haereticorum, quorum tamen nullus Mahumetanus Nomen assumere praesumat, non intrabit in Regnum Caelorum.

§. 5. Illos denique, qui ex Mahumetanis Christiani sunt facti, vel qui illorum sunt filii, si de sua in Fide constantia diffidant, vereanturque, ne si Turcica deponant nomina, Dominantium poenas incurant, eisdemque subire formident, serio admonentur, ut omnino regiones illas occulte deserant, & ad Terras Christianorum accedant, atque confugiant, in quibus & Deus, qui dat escam omni Carni, & Fidelium Caritas minime ipsis deerit; maxime si Episcoporum commendatitiis Epistolis muniantur. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam a quolibet Venerabili Fratre Antistite in sua Dioecesi Christianidelibus Orthodoxis nostro nomine impendi volumus, peramanter elargimur.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem die prima Augusti MDCCCLIV. Pontificatus Nostri Anno XIV.

ECCLIASTICIS
Omnibus Ritus Slavo-Latini praecipitur ut in Missis & Divinis Officiis Slavum litterale idioma cum characteribus Hieronymianis retineant, & Missalibus, Breviariis &c. utantur typis Congregationis Propagandae Fidei editis.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

EX pastoralis munere, quo Romani Pontifices Catholicae praesunt Ecclesiae, eamque moderantur,

Pontificis sollicitudo, ne novitates & abusus in Sacris Ritus introgant.

consequuntur Praedecessores Nostri vigilem curam, ut, in Sacris peragendis, suos unaqueque Natio legitime investit Ritus Religiose custodiat, ejusque idiomatis uniformitatem retineat, quo illius respectivo Majoris in Missa Sacrificio, Divini Officii usi dignoscuntur; prohibentes ne quid a propria lingua, vulgaribus licet dicendi formalis immutata, desectatur, omnemque adhibentes operam, ut abusus procedentibus temporibus insolentes eradicentur.

§. 1. Cum itaque ex fide dignorum testimonio accepimus, in Sirmo Slavo-Latinum, quam felicis recordationis Praedecessor Noster Joannes Papa VIII. fideli ac religiose Nationi Illyricae, una cum idioma, quod nunc Slavum litterale appellant, & characteribus: quos Hieronymianos dicunt; adhibendum concessit, & successivis temporibus recolenda memoria Praedecessores pariter Nostri Urbanus VIII. & Innocentius X. dum Missale, & Breviarium eodem idioma, & characteribus, excudentis typis traderentur, iteratis vicibus confirmantur, nonnullos interea abusus, Apostolicae Sedis intentionibus, institutisque contrarios, perniciosa aliquorum libertate, qui audent Missas, inferitis Orationibus & precibus Slavo vulgari sermone conscriptis, componere; Initium quoque Evangelii secundum Joannem: & Psalmum Lavabo, eadem vulgari lingua, latinisque characteribus impressa, nulla desuper a Nobis sacrate, & approbatione praesentia, sibi, aliisque sacerdotibus legenda proponere: Idcirco ne hujusmodi abusus, qui eandem Ritum miscere ac turbare facile possent, latius progrediatur; postquam aliis Nostri editis Constitutionibus, nimirum quinquagesima septima, cui initium Est pastoralis, & octogesima septima incipiente Demandatae caluit, quae exant in Bullarii Nostri Tom. 1. p. 167. & 290. Graecorum Rituum conservandis, & integritati, pro Italo-Graecorum, & Graeco-Melchitarum Nationibus, abunde providimus; eandem nunc sollicitudinis Nostrae curam ad Illyricam Nationem convertentes, supremam, qua fungimur Apostolica auctoritate, volumus, praecipimus, atque mandamus, ut Ecclesiae omnes & Sacerdotes tam Seculares, quam cujuscumque Ordinis, aut Instituti Regulares, qui Ritum Slavo-Latinum profitentur, in Augustis Altaris Sacrificio, & in horis Canonici, aliisque divinis Officiis persolvendis ac obediendis, Missalia, Tabellas, & Breviaria characteribus Hieronymianis impressa typis Congregationis Propagandae Fidei, quaeque impofterum hujusmodi imprimantur, non sine praevius opportunis revisionibus, & approbationibus, aliisque diligentibus hancque adhibitis, & deinceps adhibendis a Viris doctis, & Slavo-Latinum idioma, ac Hieronymianos characteres apprime collentibus, quemadmodum per plura antea saecula ab Illyrico Clero servatum studiose fuit, ita deinceps omnino adhibere debeant, & teneantur: utque in posterum nemo ex praedicto Clero, in Missis celebrandis, aut in divinis Officiis persolvendis, Oraciones & Praeces, quae nostra, & Apostolicae Sedis auctoritate examinatae non fuerint, & approbatae, recitare, aut quoquo modo adhibere audeat, seu praesumat.

§. 2. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostri Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum Dioecibus Ritus Slavo-Latinus viget, committimus, atque injungimus, ut pro zelo & sollicitudine, qua tenentur creditis sibi Ovibus praesse, & Sacrorum Ecclesiae Rituum integritati advigilare, sedulam exactamque hujusmodi Nostrae voluntatis, ac districte praecipit executionem curent, atque urgeant, ac novitates omnes, irreptosque quoslibet abusus eliminent, adhibitis efficacioribus remediis a Sacris Canonibus in persequendis & refractariis indidit; familia vero successivis temporibus attentari minime patiantur.

§. 3. Decernentes has Nostras Litteras, & in eis contenta hujusmodi, semper & perpetuo firma, valida, & efficacia existere & fore, suisque plenariis & integros effectus sortiri & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, horumque Congregationes, necnon Apostolicae Sedis Nuntios, & quosvis alios quacumque praereminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, &

Decreta pro praemissis Ritibus servanda.

Ritus Nationis Illyricae concessus Jo. VIII.

Interv. plurimorum interpres abusus.

Quibus praesentibus, reprobatis, novis, quae sanctionem hujusmodi committunt.

Quorum obsequio, Archiepiscopi, Episcopi, deinde.

Decreta pro praemissis Ritibus servanda.

PONT. ANNO A. XIV. eosum cullibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerint tentari.

§. 4. Non obstantibus contrariis quibusvis, etiam in Synodalibus forsan, aut Provincialibus Conciliis quibusvis Constitutionibus, aut Decretis; Privilegiis quodvis, & Indultis eidem Nationi Illyricae, ejusque Ecclesiae, atque Praesulibus, quavis etiam Apostolica auctoritate concessis, ac iteratis vicibus confirmatis, & innovatis, ac usibus, styliis, & consuetudinibus quantumvis diuturna observantia firmatis; quibus omnibus, & singulis, tenore praesentium, & ad praesens effectum, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut eorumdem praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in dignitate Ecclesiasticae constitutae munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel offensae.

§. 6. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostrae Declarationis, inhibitionis, praecipit, mandati, commissionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, octavo Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

J. Card. Passioneus.
J. Card. Pro-Datarius.
VISA DE CURIA.
J. C. Boschi.
Loco + Plumbi.
J. B. Eugenius
Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die, 9. mensis Novembris 1754.

XXXIX. QUINQUEECCLESIENSIS
Episcopus, ejusque successores, perpetua Pallii usus, ac praesentandae Crucis concessione donantur, sub certis modis ac conditionibus.

BENEDICTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in Beati Petri Sede ad universae Ecclesiae regimen a Deo constitutus, dum Apostolicae benignitatis favores inferiorum Ecclesiarum Praesulibus circumspicte liberalitate distribuit, non modo supremam illam exercet potestatem, quam sibi veluti hereditate relictam agnoscit a Beatissimo Apostolorum Principe, a quo, ut Sanctus Innocentius inquit, Episcopatus ipse, est tota auctoritas nominis hujus emersit; sed illud praeterea efficit ut ad, et animarum Pastores sacris honoribus aucti, majorem sibi a subiectis Populis reverentiam concilient, atque ita uberioris spiritualis sollicitudinis suae fructus ex eorum docilitate & obedientia percipiant.

§. 1. Porro inter extimia sacrae dignitatis decora, quae ab Apostolica Sede diversis per Orbem Ecclesiae, etiamque Antistitibus, indulgeri consueverunt; & Sacri Pallii usus, & jus praesentandi Sanctissimae Crucis signi, merito numerantur. Quorum primum illud, materiae quidem simplicitate, ipsaque sui specie exiguum, sed Pontificae Benedictionis munere, & mysteriorum significatione pretiosum, e sanctiori Ecclesiae Thesauro, nimirum ex Veneranda Beati Petri Apostoli Confectione desumptum, certis dumtaxat, tributis insignium Ecclesiarum Praesulibus, iidemque enixe postulantibus, & pe-

Bull. Rom. Bened. XIV. Tom. IV.

ANNO 1754. cularem obedientiam & fidem Romano Pontifici, solemnis iurisdictionis interpositione, spondentibus; Ut, sicut olim Dominus noster Jesus Christus, ovium suarum curam eidem Beato Petro committens, conditionem posuit dicens: Si diligis me, pascere Oves meas; Ita non aliis praesentiora haec Pastoralis Officii insignia tradantur, quam qui Apostolicae Sedi subjectionis debite signa persolvant, quae ipsos cum Beato Petro tamquam membra de membro habere, & Catholici capitis unitatem servare declarent.

§. 2. Erectae autem Crucis delatio, Salvatoris nostri, cuius legatione fungimur, humilitatem pariter, & potentiam declarat, atque ita intantum animos allicit ad illius excipienda praecipit, qui exaltatur a terra, omnia traxit ad se ipsum, ut simul etiam praevicatorum admoneat, hoc idem Crucis signum in Caelo fore, quod Dominus ad iudicandum Orbem Terrae in splendore Majestatis advenit. Quae quidem Indulta, licet olim solis Apostolicae Sedis Vicariis concedi consueverint, deinde vero omnium Ecclesiarum Metropolitanarum Praesulibus communicata, ad Minores autem Ordinis Antistites, nimirum ad simplices Cathedralium Sedium Episcopos, nequaquam extensa fuerint; nihilominus omnium saeculorum monumenta testantur, eadem praeclearis quibusdam Ecclesiarum Pastribus, etiam Metropolitanico jure & potestate carentibus, ex Apostolicae Sedis indulgentia, nunc personali privilegio peculiaribus ipsorum meritis debito, nunc autem perpetua concessione, ad illustrium Ecclesiarum splendorem augendum, cumulatundumque tributa fuisse.

§. 3. Cum itaque Ecclesia Quinqueecclesiensis, Provinciae Strigoniensis, in Hungariae Regno constituta, Sancti Stephani I. quandam Hungariae Regis pia liberalitate fundata atque dotata, & tam in Ecclesiastica Hierarchia, quam in praedicti Regni Ordine multis nominibus clara, & illustris, hac olim praerogativa, de tempore recol. mem. Innocentii Papae III. Praedecessoris nostri gavisa fuisse dignoscatur, ut illius Episcopus, ex Romani Pontificis concessione, Pallio uteretur, quod constat ex ejusdem Innocentii Papae literis solatis in Cap. Cum in Jurvetur, de praesumptionibus; Et licet aliquorum opinione, eorum probabilior sententia videatur, qui Indultum ejusmodi tunc existentis Episcopo dumtaxat, non autem illius Successoribus tributum fuisse putant, quum tamen major Canonistarum, aliorumque Scriptorum numerus, privilegium ipsam Ecclesiam Quinqueecclesiensis, ejusque Episcopos pro tempore existentibus concessum, nec nisi ob lacrymabiles ejusdem Ecclesiae vicissitudines, quae sub gravissimo Turcarum jugo diu oppressa jacuit, amissum fuisse arbiteretur; Hinc factum est, ut plures ejusdem Ecclesiae Episcopi, dum illius aetate Apostolicae Sedi praescriptis temporibus de more referrent, & opportuna suis rebus postulate proponerent, ad praedicti privilegii usum se se reintegrari petierint. Quod cum etiam nuper existens Quinqueecclesiensis Episcopus in sua relatione, quam anno 1748. per occasionem visitationis Sacrorum Liminum, ad Nos & Apostolicam Sedem transmisit, atque iterum Ven. Frater Georgius Modernus ejusdem Ecclesiae Antistites, existens praecipue postulaverint; eorum autem votis Carissima in Christo Filia Nostra Maria Theresia Hungariae & Bohemiae Regina Illustris, in Romanorum Imperatricem Electam gravissimum supplicationis suae suffragium adjunxit; Nos, attentis praemissis, & tam devotionis nostrae affectum erga memoriam Beati Regis ejusdem Ecclesiae Fundatoris de Catholica Fide & Religione optime meriti, quam paternae voluntatis nostrae studium, quae ipsam Mariam Theresiam Reginam & Imperatricem Electam, cujus egregia ad hunc diem extiterunt in Nos, & Apostolicam Sedem officia, amplius declarare volumus, praefati etiam Georgii moderni Quinqueecclesiensis Episcopi zelum atque virtutes justa estimatione pensantes, eundemque a quibusvis suspensionibus, & interdictis, &c. censentes: eidem Georgio Episcopo, ut ipse & ejus Successores Ecclesiae Quinqueecclesiensis Praesules pro tempore existentes, de cetero perpetuis futuris temporibus Sacrum Pallium in solemnitatibus & functionibus in Pontificali Romano descriptis, induere, & gestare, ac etiam Crucem ad instar Archiepiscoporum ante se elevari & gestari facere, in dicta Quinqueecclesiensi Civitate & Dioecesi dumtaxat, & ceteris tantum non alibi omnino, sive in ceteris Dioecibus, si modis ac

Quinqueecclesiensis Ecclesiae creditio ac dignitas.

Hujusmodi personale.

Respet. alii abbas.

Iteratae Quinqueecclesiensis Episcopi & Reginae Hungariae & Bohemiae praeces.

Quorum obsequio, Archiepiscopi, Episcopi, deinde.

perpetua Indultum auctoritate, & functionibus in Pontificali Romano descriptis, induere, & gestare, ac etiam Crucem ad instar Archiepiscoporum ante se elevari & gestari facere, in dicta Quinqueecclesiensi Civitate & Dioecesi dumtaxat, & ceteris tantum non alibi omnino, sive in ceteris Dioecibus, si modis ac

ANNO 1755.

Ita tamen ut quod spirituale vel temp. bene nihil innovetur.

Firmata. p. x. m. l. l. l.

Alteri iudicari prohib.

Derogat. contrariis.

Sancti p. x. m. l. l. l.

Die 18. Dec. 1754. Pont. XV.

vel consuetudine gaudere solent, seu debent, ita tamen, ut eadem Terra; per nos in Civitatem, ut praefertur, erecta, Venerabili Fratri Nostro Moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Bononiensi, ut auctore, in Spiritibus subiecta remaneat, nec ipse Archiepiscopus apud eum residere teneatur, ac etiam in temporalibus ipsius gubernio nihil innovetur, eadem auctoritate concedimus, & elargimur.

§. 4. Decernentes eadem praesentes, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque in praemissis interesse habentes, vel habere praetendentes, istdem praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi fuerint, aut ex alia quantumvis legitima causa, aut quovis capite, etiam in corpore iuris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensu, aliove quolibet etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, in Jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reducti, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, sive quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari ullo modo posse, sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Camerarium, aliosque ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, & alios quoscumque quavis praeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter decerni contigerit, aut attentari.

§. 5. Non obstantibus contrariis quibuscumque, etiam Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non ejusdem Terrae, per Nos in Civitatem, ut praefertur, erectae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, quibusvis Personis, & Locis sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda forent, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observantia, praesentibus exprimerentur, & infererentur, pro plenarie & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam Nostrae abolitionis, erectionis, institutionis, concessionis, elargitionis, decreti, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto, decimoquinto Kalendas Januarii, Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Passioneus. J. Card. Pro-Datarius.

VISA DE CURIA. J. C. Boschi.

Loco + Plumbi.

J. B. Eugenius

Registrata in Secretaria Brevium.

ABBATI GENERALI

PONT. A. XV. XLII.

Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicae indultum conceditur intervenienti Cappellis Pontificiis, locisque cum aliis Abbatibus Generalibus eidem assignatur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum Religionis & decori convenire visum fuit, ut quoties, sacri solemniores Ecclesiae Romanae Conventus, seu Cappellae Pontificiae, ipsi praesentibus, una cum ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, & Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Praelatorum Romanae curiae Ordinibus, vel ad Missarum solemniam celebranda, vel ad alia Ecclesiastica Officia peragenda haberentur, Regularium quoque Ordinum Generales Superiores ad illas admitterent.

§. 1. Cum autem Abbas Generalis Ordinis Monachorum Sancti Hieronymi Congregationis Italicae, qui plurimum extra Romanam Curiam moram trahere solet, haecenus dictis Cappellis minime interiret: Et dilectus Filius noster Hieronymus Sancti Laurentii Damiani nuncupati praedictae S. R. Ecclesiae Diaconus Cardinalis Columna nuncupati, ejusdemque Sanctae Romanae Ecclesiae Vice Cancellarius, qui praedicti Ordinis Sancti Hieronymi apud Nos & Sedem Apostolicam Protector existit, Nobis preces porrexerit, ut dilecto Filio Felici Nerinio moderno, nec non futuris dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbatibus Generalibus pro tempore existentibus, locum in dictis Cappellis, & Pontificiis Functionibus, ut infra, concedere & assignare dignemur.

§. 2. Nos, qui in egregium Ecclesiae Doctorem specialis obsequii studium semper professi sumus, idque compluribus & manifestis editis argumentis testatum facere non praetermissimus, volentes quoque erga illustrem Monachorum Ordinem, illius legibus & institutis fundatum, benevolentiae nostrae significationes ostendere, dictumque Felicem a quibusvis & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus libentissime inclinari; eidem Felici moderno, & pro tempore existenti dicti Ordinis Sancti Hieronymi Abbati Generali, ut ipse perpetuis futuris temporibus singulis Missis Pontificialibus, Divinisque Officiis, & aliis Ecclesiasticis Functionibus; quae in Basilicis etiam Patriarchalibus Urbis, & in Cappellis alicujus ex Pontificiis Palatii, in praesentia quoque Nostrae, solemniter celebrantur & peraguntur, nec non quibusvis generalibus Supplicationibus, cum habitu Praelatio ipsi alias a Sede Apostolica concessio, seu juxta ritum, cum Pontificialibus indumentis, interesse & intervenire, ac locum in consueto scamno, immediate post alios modernos & pro tempore existentes Ordinum Monasticorum Abbates Generales, qui simili concessione haecenus gavisi sunt & gaudent de praesenti, habere, & Missis ac Officiis & Functionibus hujusmodi duranti- bus, retinere, libere & licite possit & valeat, Apostolica auctoritate, harum serie, perpetuo concedimus & indulgemus, plenamque & liberam ad id facultatem & licentiam impertimur.

§. 3. Decernentes ipsum Felicem, ac pro tempore existentem Abbatem Generalem dicti Ordinis Sancti Hieronymi, super concessione & indulto hujusmodi, a quoquam, sub quovis praetextu, occasione vel causa quantumvis juridica, & legitima, vel quaesito colore & ingenio, nullatenus impediri, molestari, retardari, aut inquietari posse, neque debere: Praesentes quoque litteras semper & perpetuo validas & efficaces esse & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ac eidem Felici, ejusque Successoribus pro tempore existentibus Abbatibus Generalibus dicti Ordinis Sancti Hieronymi in omnibus & per omnia plenissime suffragari, nec sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis excipi debere. Sicque & non alias per quoscumque Iudices ordi-

Superior Generalis Ordinis Regularis ad Cappellam Pontificiam admitti solent.

Ad preces Card. Columnae S. R. Ecclesiae Vice Cancellarii Prot. Ordinis Monachorum S. Hieronymi Congregationis Italicae.

Indultum conceditur. Abbatibus Generalibus Ordinis Cappellis Pontificiae interesse possunt.

Clausula pro legitime firmata.

PONT. A. XIV.

Derogat. contrariis.

XLIII.

SI ESAMINA, E DEFINISCE

ordinarios & delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Palatii Apostolici auditores & Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis praedictae Nuntios iudicari & definituri debere: Irritum quoque & inane quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari.

IL punto, se sia expediente il canonizzare i Fanciulli uccisi in odio di Cristo prima che giungessero all' uso di ragione; si fanno più osservazioni intorno al martirio sofferto da tali Fanciulli, ed al culto perciò loro accordato nella Chiesa, ed in particolare sopra il martirio e culto del Beato Andrea Rinnense, la di cui causa di Canonizzazione è stato il motivo di scrivere la presente Lettera.

Dilecto Filio Benedetto Veterani Sacrae Confessorialis Aule Advocato & Fidei Promotori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecto Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IL Beato Andrea del Pago, o Villaggio Rinnense, Diocesi di Bressanone, che non aveva peranche compiuto il terzo anno della sua età, fu nel 1462. barbaramente trucidato dagli Ebrei in odio della Fede di Cristo. Poco dopo il martirio, incominciò il culto pubblico; ed essendo state nell'anno 1475. poste le di lui Ossa sopra terra nel muro della Chiesa del detto luogo, dedicata a Dio in onore di S. Andrea Apostolo; ed essendo unitamente colla fama de' miracoli sempre più cresciuta la divozione del popolo; ed in oltre essendosi mai sempre continuati verso le di lui Reliquie gli atti non interrotti di pubblico culto, colla scienza, ed approvazione degli Ordinarij. Tutto ciò diede negli anni passati impulso Venerabile Fratello il Vescovo di Bressanone, ed al Diletto Figlio il Padre Abate del Monastero Viltinense dell'Ordine Premonstratense, e ad altri degni Ecclesiastici, di supplicare la Santa Sede per la concessione della Messa propria, e dell'Officio colle Lezioni proprie, da recitarsi in di lui onore nel giorno 12. di Luglio, giorno della morte, dal Clero Secolare, e Regolare dell'uno e l'altro sesso della Città, e Diocesi di Bressanone: ed a quest'istanza fu da Noi risposto sotto il giorno 27. di Settembre 1751. che, prima d'ogni altra cosa, si facesse dall'Ordinario il Processo sopra la fama del martirio e de' miracoli, e sopra il culto immemorabile, dovendo questo essere il preliminare alla concessione dell'Officio e della Messa propria.

§. 2. Non piacque questa risposta: ed essendoci stato rappresentato, che, per eseguire quanto in esso fatto veniva prescritto, sarebbe stato d'uopo impiegare in Bressanone due Processi coll' autorità Ordinaria; che da Noi stessi nella nostra Opera de Canonizati. Sanctor. al lib. 4. part. 2. cap. 5. venivano riferiti varj esempi di concessioni d'Officio e Messe proprie in onore di qualche Beato, in sequela di quanto d'esso avevano scritto Autori gravi, in sequela del notorio pubblico culto, senza che sia preceduto verun Processo fatto dall'Ordinario sopra la fama delle virtù, o del martirio, o de' miracoli, o del

All'istanza per la concessione dell'Officio, e Messa propria: Fu risposto che si facesse il Processo sopra la fama del martirio e de' miracoli, e sopra il culto immemorabile. Quando non sia necessar. premitt. l'un o l'altro.

§. 2. Haud ipsis arrisi rescriptum hoc nostrum Quare cum expositum nobis fuisset, ad exequenda omnia, quae illo praecipiebantur, diuturno tempore laborare magno, nec exiguis sumptibus opus esse quandoquidem Brixionem duo Processus Ordinariae auctoritate confici deberent; Nosque ipsos in Nostron fit opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 5. plura recensere exempla, quibus Officia & Missae propriae, in alicujus Beati honorem concessae quandoque fuisset constabat, ex his tantummodo, quae de eo litteris consignarant Auditores graves, quaeque de publico ejusdem cultu erant perverglata, quin ullus antecesserit Processus ab Ordinario confectus super

missorum effectum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam sanctae hanc nostrae abolitionis, concessionis, indulti licentiae, impertitionis, decreti, derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno XV.

D. Card. Passioneus. J. Card. Pro-Datarius.

VISA DE CURIA. J. C. Boschi.

Loco + Plumbi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

PUEROS ANTE USUM

Rationis in odium Christi occisus, an canonizari expedit, disquirunt, & in hanc rem plura de Martyrio horum Puerorum, coltuque publico iidem in Ecclesia praestito; & de Martyrio cultuque praestitum Beati Andreae Rinnensis, cujus instituta Canonizationis causa conscribenda Epistolae occasio fuit, distinctim adnotantur.

Dilecto Filio Benedetto Veterani Sacrae Confessorialis Aule Advocato & Fidei Promotori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecto Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

BEATUS Andreas de Pago, seu Vico Rinnensi, Brixinensis Diocesis, nondum exacto tertio aetatis anno a Judaeis in odium Christianae Fidei sub annum 1462. fuit crudelissime trucidatus. Non ita post multos a Martyrio annos publice colli cepit; quandoquidem sub annum 1475. ejusdem ossa, sublata a terra loco recondita fuerant in pariete Ecclesiae praememorati Vici, Deo in honorem S. Andreae Apostoli dicatae. Cum autem subinde uno cum miraculorum fama, eo semper magis religiosum Populi obsequium exerevit, ac praeterea Infantis Reliquiae, scientibus, & probantibus Ordinariis; assiduis nec interruptis cultus publici actibus fuerint exceptae; impulere haec omnia superioribus annis Venerabilem Fratrem Nostrum Episcopum Brixinensem, Dilectumque Filium Abbatem Monasterii Viltinensis Ordinis Praemonstratensis, aliosque emeritos viros Ecclesiasticos, ut supplices a S. Sede exposcerent indultum peculiaris Missae, & Officii peculiare iidem Lectiones habentis, in Beati honorem, Martyrii die quarto Idus Julii, recitandi a Clero Seculari, & utriusque sexus Regularibus, in Civitate univrsaque Brixinensi Diocesi. Huiusmodi petitioni quinto Kalendas Octobris anni 1751. rescripsimus, ut primum ab Ordinario conficeretur Processus de martyrio, ac Miraculorum fama, deque cultu immemorabili, de quibus iudicari nobis liquere optabamus, ante peculiaris Officii Missaeque concessionem.

§. 2. Haud ipsis arrisi rescriptum hoc nostrum Quare cum expositum nobis fuisset, ad exequenda omnia, quae illo praecipiebantur, diuturno tempore laborare magno, nec exiguis sumptibus opus esse quandoquidem Brixionem duo Processus Ordinariae auctoritate confici deberent; Nosque ipsos in Nostron fit opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 5. plura recensere exempla, quibus Officia & Missae propriae, in alicujus Beati honorem concessae quandoque fuisset constabat, ex his tantummodo, quae de eo litteris consignarant Auditores graves, quaeque de publico ejusdem cultu erant perverglata, quin ullus antecesserit Processus ab Ordinario confectus super

Historica Narratio de Mart. cultu. que B. A. Rinnensis. Proposita iudicantia pro concessione Officii, & Missae. Rescripto. fuit super fama mstr. & Mirae ac super cultu immemorabil. confectus. Quasdam hujusmodi Processus autem non fit necesse. Praemittendus.